

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[Liber tertius]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN TERTIVM COMMEN
TARIORVM ESAIAE AD EVSTOCHIVM
PROEMIVM.

E **S**ufficit mihi uoluminum magnitudo, quæ in explanatione Esaia propheta textit: ubi aliquid prætermittere damnū est intelligētia. Quæ obre in singulis libris qui tā-
tum numerū ordinemq; significant, breues præfatūnculas posui: Teq; uirgo chri-
sti Eustochium præcor, ut in expositiōe difficillimæ uisionis orationibus me iuues:
in qua deus omnipotens in sua cernitur maiestate: & duo seraphim stantia in circuitu eius atq;
clamantia: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth: plena est omnis terra gloria eius:
Et cōmotum liminare templi atq; concussum: & domus iudaica tenebris erroris impleta: Et com-
paratione diuinæ gloriæ propheta immunda labia habere se dicens: & habitare in medio popu-
li blasphemantis: qui consona impietatis uoce condamabat: Crucifige, crucifige talem: Et nō ha-
bemus regem, nisi cæsarem: Vnumq; de seraphim missum ad Esaia, qui forcipe de altari car-
bone comprehenso: propheta purgaret labia, & populus remaneret immundus. Tertius ergo
in Esaia liber hoc habet exordium.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN ESAIAM PROPHETAM
LIBER TERTIVS.



Anno quo mortuus est rex Ogas 22. Sub
phatasse Esaia super
iudam & hierusalem:
primæ uisionis titulo
demonstratum est: id
est, sub Ogia, loathā,
Acha, & Ezechia.
Mortuo ergo Ogia
sub quo dicta sūt uni-
uersa, quæ supra expo-
suimus: successit filiū
eius loatham, q regna-
uit annis sedecim & se-

qua/
tuor
regi-
bus
pro /

Anno quo mortuus est rex
Ogas: uidi dominum sedentem super
solium excelsum & eleuatum. Et ea quæ
sub ipso erant implebant templū. Sēra-
phim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri:
Duabus uelabāt faciē ei⁹: & duabus uelabāt pedes ei⁹:
& duabus uolabant: Et clamabat alter ad alterum, &
dicebat: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus exerci-
tuum: plena est omnis terra gloria eius.

Et cōmota

nes ait: Hæc dixit Esaia: quādo uidit gloriā eius: & locutus Iob. 12. f
est de eo: haud dubiū quin christū significet. Rursum Pau-
lus in actis apostolorum, ubi rhomæ loquitur ad iudæos:
Bene inquit spūsanctus locut⁹ est p Esaia pphetā ad pa- Act. 28. g
tres nostros, dicens: Vade ad populum istum & dic: Au-

re audietis, & non in-
telligetis: & uidentes
uidebitis, & non pspi-
cietis: incrassatum est
em cor populi huius:
& auribus grauiter au-
dierūt, & oculos suos
compræsserunt: ne for-
te uideant oculis, & au-
ribus audiant, & cor-
de intelligant: & con-
uertāt se & sanem eos.
Visus est autem filius
in regnātis habitu: &
locutus est spūsanct⁹
ppter consortiū maie-
statis, unitatemq; sub

statiā. Quærat aliq; quō nūc ppheta dñm uidisse se dicat:
& nō absolute dñm, sed dñm sabaoth: ut in consequētibus
ipse testat: cū euāgelista loānes dixerit: Deum nemo uidit Iob. 1. b
unq; Et ad Moysen loquat⁹ de⁹: Nō poteris faciē meā uide- Exo. 33. d
re: neq; em uidebit homo faciē meā & uiuet. Ad qd respon-
debimus, non solū patris diuinitatē: sed ne fili⁹ qd & spū
sancti: qā una in trinitate natura est: posse oculos carnis aspi-
cere: sed oculos mētis. De qb⁹ ipse saluator ait: Beati mūdo
corde: qm ipsi deū uidebūt. Legimus qd Abrahā uisus sit
dñs in hoīs figura: Et cū iacob qsi homo luctatus sit, q de⁹
erat: Vñ & appellatus est locus ipse phanuel: hoc est facies
dei: Vidi em ait dñm facie ad faciē, & salua facta est anima
mea. Et Ezechiel quoq; uidit dñm in forma hoīs sedentē su-
p cherubim a lumbis eius, & deorsum erat qsi ignis: & su-
periora habebāt speciē electri. Ergo deus natura nō cernit:
sed uidef hoīb; ut uoluerit. **Seraphim stabant sup
illud 22.** Hoc qd nos sequētes alios interpretes & hebraicā
ueritatē, in qua scriptum est **וְשֵׁרָפִים עֹמְדִים עָלָיו** id est ἐπ' αὐτοῦ
qd latine dicit⁹ sup illud uertimus: Lxx. trāstulerunt **ἐπὶ τὸ
πρὸς τὸν** i. in circuitu eius: ut nō sup templū stare seraphi m:
sed in circuitu dñi describanē. Rursum ubi nos dixim⁹: qd
unus de seraphim uelaret faciē & pedes eius: p qd intelli-
tur, dei: in hebræo scriptū habetur **וְשֵׁרָפִים עֹמְדִים עָלָיו** qd pōt
interpretari: & eius, & suā: Vt seraphim iuxta hebræi sermo-
nis ambiguitatē: & faciē pedesq; dei, & suā faciē ac pedes ope-
rire dicāt. In septuagesimonono psalmo legim⁹: Qui sedes
sup cherubim manifestare: Qui in nra lingua interpretantē
militudo sciētia: Vñ & dñs in aurigā modū sup cherubim
aperte sedere

2. para. 26. d

Exo. 2. d

ps. 10. a

Matt. 5. a
Gen. 32. g

פְּנֵי

Ezech. 1. g

כְּרוּבִים

A aperte sedere ostendit: Seraphim autem prater hunc locum, in scripturis canonicis alibi legisse me nescio: quod stare dicunt super templum, uel in circuitu domini. Ergo errant qui solent in precibus dicere: **Ps. 79. a** Qui sedes super cherubim & seraphim, quod scriptura non docuit. Seraphim autem interpretatur *εμπερισσο*, quod nos dicere possumus incen-

Ps. 103. a dentes siue comburentes: iuxta illud quod alibi legimus: Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignem urentem. Vnde & Paulus apostolus in epistola ad hebraeos, quam laetitia consuetudo non recipit: Nonne omnes inquit ministri sunt spiritus, in ministerium missi propter eos qui habent reditum accepturi sunt

Hebre. 1. d salutis: Daniel quoque cum in habitu regnantis dominum descripsisset, adiecit: Milia milium ministrabant ei: & decies milies centena milia assistebant ei. In cherubim ergo ostenditur dominus: in Seraphim, ex parte ostenditur, ex parte celatur. Faciem enim & pedes eius operiunt: quia & praterita ante mundum, & futura post mundum scire non possumus: sed media tantum quae in sex diebus facta sunt contemplamur. Nec mirum hoc de seraphim credere: cum & apostoli saluatorem credentibus aperiant, infidelibus abscondant: Et uelum ante arcam fuerit testamenti. Alas quoque habere dicuntur propter uelocitatem & in cuncta discursum: siue quia semper in altioribus commorantur. Neque enim illud quod de uentis dicitur:

Dañ. 7. c Qui ambulat super pennas uentorum: uere uentos iuxta fabulas poetarum & pictorum licentiam pennas habere testatur: sed celerem in cuncta discursum. Et singuli senas alas: quia de fabricatione tantum mundi & praesentis saeculi nouimus. Quod autem clamat alter ad alterum: uel iuxta hebraeos: iste ad istum, id est unus ad unum: inuicem se ad laudes domini cohortantur, & dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus exercituum: ut mysterium trinitatis in una diuinitate demonstrent: Et nequaquam templum iudaorum sicut prius: sed omnem terram illius gloria plenam esse testentur: qui pro nostra salute dignatus est humanum corpus assumere ad terram descendere. Denique & moysi cum pro adorato uitulo dominum precaretur, ut parceret populo peccatori: respondit dominus: Propitius ero illis: Verumtamen uiuo ego & uiuit nomen meum: quia implebitur gloria mea omnis terra. Et septuagesimus primus psalmus canit: Implebitur gloria eius omnis terra. Vnde & angeli clamabant pastoribus:

Ps. 103. a **B** Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Impie ergo quidam duo seraphim, filium & spiritum sanctum intelligit: cum iuxta euangelistam Ioannem: & Paulum apostolum: filium dei uisum in maiestate regnantis: & spiritum sanctum locutum esse doceamur. Quidam latinorum duo seraphim, uetus & nouum instrumentum intelligit: quod tantum de praesenti saeculo loquitur: Vnde & sex alas habere dicitur: & faciem dei pedesque uelare: & certatim proferre testimonium ueritatis: & omne quod clamat trinitatis sacramenta monstrare: Et mirari adinuicem quod dominus sabaoth in forma dei patris posset, formam serui acceperit, & humilia uerit se usque ad mortem: mortem autem crucis: & nequaquam ut prius coelestia eum tantum, sed & terrena cognoscant. **a** **Et commota sunt superliminaria cardinum a uoce clamantis etc.** Clamantibus seraphim: & in tota terra trinitatis mysterium praedicantibus: quando passionem domini saluatoris terra uniuersa cognouit: statim commotum est siue sublatum liminare templi: & omnes illius cardines conciderunt: impleta saluatoris comminatione dicentis: Relinquetur uobis domus uestra deserta. Et quod pulcher ordo uerborum: Postquam terra repleta est ignorantiae tenebris, & caligine: & fumo, qui noxius est oculis. Vel certe per fumum templi monstratur incendium:

Prius enim euangelium saluatoris in toto orbe praedicatum est: & post quadraginta duos annos dominicae passionis, capta hierusalem templumque succensum est. Iudaei putant templum impletum fumo, thymiama significare, id est, incensum: & per hoc aduentum diuinae maiestatis. **b** **Et dixi: Vae mihi quia tacui: quia uir pollutus labijs ego sum: & in medio populi polluta labia habentis ego habito: & regem dominum exercituum uidi oculis meis. Et uolauit ad me unus de seraphim, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferet iniquitas tua: & peccatum tuum mundabitur.**

Et audiui

xi: Vae mihi quia tacui: quia uir pollutus labijs ego sum etc. Et Abraham postquam uidit dominum, & audiuit uocem eius: terram & cinerem esse se dicit: & Esaias iuxta Lxx. interpres compunctus se esse testatur, dicens: *τάλας ἐγὼ ὅτι κατέσενον ὑμῶν. i. o miser ego quoniam compunctus sum: non ob alia crimina: sed quia labia haberet im-*

munda. Foelix conscientia quae tantum in sermone peccauit: non suo uitio, sed societate populi habetis polluta labia, cum quo loqui sapissime cogebatur. Ex quo ostendit noxiū esse, uiuere cum peccatoribus: Qui enim tangit picem inquinabit ab ea. Sed quia in hebraeo legimus: Vae mihi quia tacui: plangit se propheta, quia non fuerit dignus laudare dominum sabaoth cum seraphim: quos angelicas fortitudines intelligimus. Non fuit autem ausus laudare dominum: quia labia habebat imunda. Et propterea labia habebat immunda: quia cum peccatore populo uersabatur. Vel certe ita intelligendum: Quia tacui & non audacter Ogam impium regem corripui: Ideo labia mea immunda sunt: & laudes domini cum angelis cantare non audeo: ne mihi dicatur: Quare tu enarras iusticias meas & assumis testamentum meum per os tuum. Non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris. Hoc autem dicimus non quod Esaiam talem fuisse doceamus: sed quod ipse pro humilitate & immundis tantum labijs, indignum se dei laude fateatur. **c** **Et uolauit ad me unus de seraphim etc.** Volauit uel missus est unus de seraphim: qui interpretatur incensum: ut propter labia purgaret imunda: & pruna uel calculo quem de altari tulerat excoqueret. Multi autem putant duos esse seraphim, quia clamabat alter ad alterum: cum & de pluribus possint singuli clamare ad singulos: Et Lxx. additio magis significet plurimos, qui interpretati sunt *ἑσπεραφίμ ἐστὶν κλίμα κινκλῶν αὐτοῦ. i. seraphim stabant in circuitu eius. Quod si de duobus diceretur, non in circuitu: sed ex utraque parte dixissent. Et hoc conuenit angelorum multitudini: quae in dei ministerium preparata est. Seraphim autem plurali numero appellatur, & singulari seraph: Sicut cherubim & cherub. Quod autem altare sub quo animae martyrum sunt, uideatur in coelo: & Ioannes in apocalypsi loquitur: & calculus iste qui a solis Lxx. *ἀνθραξ. i. carbunculus* est interpretatus: potest non carbonem significare, uel prunam: ut plarique existimant: sed *ἀνθρακας. i. carbunculum lapideum*: quod ob coloris flammee similitudinem igneus appellatur. Ex quo intelligimus altare dei plenum esse carbunculis: hoc est ignitis calculis, & prunis perpetua purgatione. Vnde scriptum de deo legimus: Carbo nes succelli sunt ab eo. Et de ipso domino dicitur: quod ignis consumens sit. Et saluator in euangelio: Ignem ueni mittere super terram: ut baptizaret in spiritu sancto & igni: Vniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit. Et qui saluandus est, sic saluabitur quasi per ignem transierit. Et hoc notandum: quod ad Hieremiam, cui dictum est: Priusquam te formarē in utero noui te: & in uulua matris tuae sanctificaui te: quia labia non habebat imunda: sed tantum dixerat, nescio loqui quia iuuenis sum: extendit ipse dominus manum suam, & tetigit os eius, & dixit: Ecce dedi sermones meos in os tuum. Porro ad Esaiam qui dixerat: Vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habetis ego habito: non dei manus porrigit, sed seraphim mittit a deo: uel uolat propria uoluntate: quia huic officio mancipatus est. Et in manu sua tenet calculum: quem iuxta Lxx. & Theodotionem *τὸ λαβίδι. i. forcipe*. Iuxta Agla & Symmachum qui hebraicum sunt secuti forcipibus apprehendit. *i. ἱερογλυφικῶς*: ut tangeret os eius*

C

Gén. 18. d

Eccl. 15. a

Ps. 49. c

Eccl. 15. b

D

Apoc. 6. e

Ps. 17. b

Deu. 4. d

Luc. 12. f

1. Co. 3. c

Hiere. 1. b

Math. 23. d

Commen. Hieronymi liber tertius

Eos eius & pristina delicta purgaret. Manus aut & a deo & a Seraphim mitti: ut ppheta sui corporis membrum uidens tactu non terreatur externo. Quidam nostrorum forcipem quo calculus comprehenditur, duo testamenta putant: quia inter se spiritu sancti unione sociantur. Quia uero sedens dominus introducit: & sedes in templo: & domus impleta est fumo, ut iudaei putant thymiamatis: consequenter ponunt & forcipes: quos & in sacerdotali ministerio legimus. **a** **¶** Et audiui uocem domini dicentis: & quis ibit nobis? Pro eo quod & nos & alij oēs interpretes transtulerunt, nobis, quod hebraice dicitur **וְאֵשׁ**: nescio quid uolentes Lxx. posuerunt **πρὸς τὸν λαὸν τοῦτο**, id est, ad populum istum: quod penitus in hebraeo non habetur. Quādo autem ex dei persona dicitur, nobis: illo sensu accipiendum est, quo & in genesi legitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: ut sacramentum indicet trinitatis. Quomodo enim in euangelio legimus dicentem dominum: Ego & pater unum sumus: & unum, ad naturam referimus: sumus, ad personarum diuersitatem: Sic domino iubente trinitas imperat. Propterea autem non dicit dominus quē ire praeceperat: sed pponit audientibus optionem: ut uoluntas praemium consequatur. Et propheta non temeritate & arrogantia propria conscientiae se ire promittit, sed fiducia: quoniam purgata sunt labia eius: & ablata iniquitas: mundatumque peccatum. Ergo & moyses cui dixerat dominus: Veni mittam te ad pharaonem regem aegypti: & ille ait: Obsecro domine, non sum dignus: prouide alium quē mittas: Siue ut in hebraeo legitur: Mitte quē missurus es: non de contemptu, sed de humilitate respondit: quia nihil de purgatis labijs suis audierat, qui omni sapientia aegyptiorum fuerat eruditus. Et Esaias non suo merito: sed domini gratia qua purgatus est offert se ad ministerium. Alij autē putant idcirco se obtulisse Esaiam, quia existimabat populo, per se nuntianda: sed quia audiuit: Vade dic populo huic: Auribus audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cognoscetis: propterea in consequentibus dicente ad eum uoce domini: Clama, non statim clamat: sed interrogat, quid clamabo? Et Hieremias cui dictum fuerat: Accipe calicem & potionabis omnes gentes ad quas ego mittam te: libenter accipiens suppletiorum calicem, ut aduersarijs gentibus propinare, biberetque, & uomerent & caderent: postquam audiuit, uade, & primum propinabis iherusalem: Respondit: Decepsi me domine, & deceptus sum. Haec hebraeorum observatio est. Ceterum nos dicimus non temeritatis esse, sed obedientiae domino se obtulisse mittendum. **b** **¶** Et dixit: vade: & dices populo huic. Lxx. hunc locum ita interpretati sunt: ut euangelista Lucas in apostolorum actibus posuit: Cumque inuicem non essent consentientes: haud dubium quin iudaei, discedebant: dicente paulo unum uerbum: Quia bene spiritus sanctus locutus est per Esaiam, prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum & dic: Aure audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt: & oculos suos compreserunt: ne forte uideant oculis suis & auribus audiāt, & corde intelligāt, & conuertant se, & sanem illos. Quo autē haec prophetia impleta sit tempore: ipse apostolus Paulus in consequentibus loquitur: Notum ergo sit uobis: quoniam gentibus missum est hoc salutare dei: ipsi & audient. Vnde & in eisdem apostolorum actibus legimus: quod Paulus & barnabas iudaeis nolentibus credere, dixerint: Vobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicatis aeternae uitae: ecce conuertimur ad gentes: Sic enim praecipit nobis dominus: Posui te in lucem gentibus, ut sis in salutem usque ad extremum terrae. Ergo secundum Lxx. facilis interpretatio est:

quod Esaias, ppheta domino imperante praedicat, quid populus sit facturus. In hebraico difficultas est: quomodo ipse deus praecipiat populo, ut auditu audiat, & non intelligat: & uidentes uideat, & non agnoscat: & postea propheta inducatur loquens, & dominum praecetur & dicat: Excacca cor populi huius: & aures eius aggraua & oculos eius claudene forte uideat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat & conuertatur & sanetur. Ac primum soluenda est illa quaestio, quae nobis obijci potest: quare apostolus Paulus cum hebraeis disputans, non iuxta hebraicum, quod rectum esse cognouerat:

Et dixi

sed iuxta Lxx. sit locutus. Euangelistam Lucam tradunt ueteres ecclesiae tractatores medicinae artis fuisse scientissimum: & magis gracas literas scisse quam hebraicas. Vnde & sermo eius tam in euangelio quam in actibus apostolorum, id est, in utroque uolumine comptior est, & saeculari redolet eloquentiam: magisque testimonijs gracis utitur quam hebraeis. Mattheus autem & Ioannes: quorum alter hebraeo, alter graeco sermone euangelia texuerunt: testimonia de hebraico profuerunt: ut est illud: Ex aegypto uocaui filium meum. Et: Quoniam nam naçareus uocabitur. Et: Flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Et: Videbunt in quem compunxerunt: & cetera his similia. Pauli quoque idcirco ad hebraeos epistolae contradicitur: quod ad hebraeos scribens utatur testimonijs, quae in hebraeis uoluminibus non habentur. Quod si alius quis dixerit hebraeos libros postea a iudaeis esse falsatos: Audiatur Origenem quid in octauo uolumine explanationum Esaiae huic respondeat quaestiuncula: quod nunquam dominus & apostoli qui cetera crimina arguunt in scribis & pharisaeis, de hoc crimine quod erat maximum reticuisent. Sin autem dixerint post aduentum domini saluatoris & praedicationem apostolorum libros hebraeos fuisse falsatos: cachinum tenere non potero: ut saluator, & euangelista, & apostoli ita testimonia protulerint, ut iudaei postea falsaturi erant. De praesenti autem loco hoc dicendum est, frustra nos ad Lxx. translationem confugere: ne blasphemum uideatur esse quod iuxta hebraicum dicitur: Auditum audite, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere: cum huiusmodi testimonia etiam in Lxx. interpretibus reperiuntur: ut est illud in Exodo quod ad Pharaonem dicitur: Propterea suscitavi te, ut ostendam in te uirtutem meam. Si autem ipse suscitauit, & indurauit cor Pharaonis ne crederet: & de alijs dicitur: Dedit eis deus spiritum compunctionis: oculos ut non uideant, & aures ut non audiant. Et in psalms: Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem: Obscurentur oculi eorum: ne uideant: & dorsa eorum semper incurua: non sunt illi in culpa qui non uident: sed ille qui dedit oculos ad non uidendum. Ergo & absque hoc testimonio, quod nunc conamur exponere manet eadem quaestio in ecclesijs: & aut cum ista soluentur & cetera: aut cum ceteris, & haec indissolubilis erit. Locum istum beatus apostolus Paulus plenius explicat ad romanos: & quod ille pene tota epistola percutus est: nos superfluum facimus, si uoluerimus breui sermone comprehendere: Dicit enim post multa: Conclufit deus omnia in incredulitate ut omnibus misereatur. Admiransque domini sacramenta intulit: O profundum diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Et iterum de iudaeorum incredulitate disputans ait: Nunquid sic peccauerunt, ut caderent absque: sed illorum delicto salus gentium fieret ad emulandum eos. Et post modicum: Si enim abiectio eorum reconciliatio mundi: quae assumptio eorum nonne uita ex mortuis. Et iterum: Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc: ut non sitis uobismetipsis prouidentes: Quia cecitas ex parte facta est

G

Col. 4. d

Osee. 11. a
Matth. 2. d
Iob. 7. f
Zach. 12. c
Iob. 19. g

H

Exo. 10. a

ps. 68. e

Rom. 11. d

Ibidem. b

Ibidem. e

A facta est in israel: donec plenitudo gentium introeat: & tunc omnis israel saluus fiat. Et post paululum: iuxta euangelium quidem inimici propter uos: iuxta electionem autem dilecti propter patres: absque poenitentia enim sunt donationes & uocatio dei. Sicut enim uos inquit aliquando non credidistis deo: nunc

Rom. II, d

autem estis misericordia consecuti, propter eorum incredulitatem. Sic & isti nunc non crediderunt in uestram misericordiam: ut & ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Ergo non est crudelitas dei, sed misericordia, una perire gentem ut omnes saluari fiant: iudeorum partem non uidere, ut omnis mundus lumē accipiat. Unde & ipse dominus in euangelio sacramentum cæci a natiuitate qui receperat oculos, uertit ad tropologiam, & dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut uidentes non uideant: & non uidentes uideant.

Iob. 9, g

Luc. 2, c

B

Matth. 23, d

Deu. 32, b

a Et dixi: usque quo domine? & dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore: & domus sine hominibus, & terra relinquatur deserta. Et longe faciet dominus homines: & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ. Et adhuc in ea erit decimatio: & rursum erit in deprædationem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ proiecit fructus suos: sanctum semen erit quod steterit in ea. Ca. VII

ET factum est in diebus Achaz filij Ioatham filij Ozie regis iuda: Ascendit Rasin rex syriæ, & phaceæ filius Romeliæ rex israel, in hierusalem ad preliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nunciauerunt domui Dauid dicentes: consensit syria cum ephraim: & commotum est cor eius: & cor populi illius sicut mouentur ligna sylvarum a facie uenti.

Et dixit

terrâ, de qua eiectioni fuerat ingredi. Si quis autem crediderit in christum: & impletum fuerit illud quod supra legimus: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quali sodoma esset: mus & similes gomorra fuisset: quando iuxta Apostolum, reliquiae saluabuntur: hoc semen sanctum erit: & de apostolorum germine cunctæ ecclesiæ pullula bunt. Quod diximus, sanctum semen erit quod steterit in ea: Vel iuxta Aquilam, semen sanctum erit germen eius: in Lxx. interpretibus non habetur: sed de hebraico & Theodotiōis additione ab Origene additum, in ecclesiæ fertur exemplaribus: ut postquam intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis israel saluus fiat: & impleatur etiam in hoc sermone domini, dicentis: Ego occidam & ego uiuificabo, percutiam & ego sanabo. Ca. VII

Et factum est in diebus regis Ozias qui & Achaz rex iuda, regnauit in hierusalem annis quinquaginta duobus. Cuius extremo iam tempore uidit Esaias quæ præteritus sermo differuit. Quo mortuo & regnante pro eo Ioatham filio eius rege iustissimo: uidit statim propheta dominum saluatorem in sua maiestate regnantem, & annunciantem iudaici populi cecitatem, & subuersionem hierusalem & ceterarum urbium sub Vespasiano & Hadriano: & quomodo in apostolis reliquiae sint saluandæ. Tertius rex filius Ioatham, succedit Achaz impiissimus: qui clausit ianuas templi: & in ualle gehēnon adorauit baalim: & filium suum idolis consecrauit: Ita ut auferret altare aeneum quod Salomon fecerat: & poneret in templo dei altare idolorum: cuius exemplar de Damasco accepit. Iuste igitur a domini auxilio derelictus est: & consurrexerunt aduersus eum Rasin rex syriæ, id est Aram: & phaceæ filius Romeliæ, rex israel in samaria: & uenerunt in hierusalem, ut expugnarent eam. Legimus in Paralipomenon libro, Rasin regē Damasci uicē Achaz multos de iudæa Damascum transfuisse: Et Phaceæ filium Romeliæ regem decem tribuum quæ appellabatur israel, & regnabat in samaria: una die ceterum uiginti milia percussisse de iuda hominum belatorum: & ducenta milia mulierum, puerorumque & puellarum cum infinita præda in samariam duxisse captiuam. De quo certamine propheta nunc tacuit: sed secundum refert prælium: quoniam experimētum habentes fortitudinis suæ atque uictoriæ: & inuitati prædæ magnitudine rursum ueniunt ad iudæam: & hierusalem cupiunt debellare: & non potuerunt, quia auxiliatus ei est dominus: ut sub occasione misericordiæ qua populum liberabat obsessum: filium suum nunciaret de uirgine nasciturum. Quod cum audisset domus Dauid: hoc est domus regia, syriam scilicet & ephraim, Rasin & Phaceæ iuncto uenire exercitu: exterrita est atque pertimuit: & tam rex quam populus ita contremuerunt, ut putares arborum folia uentorum flatibus uentilari. Iuxta Anagogen facilis interpretatio est: Quod regnante Achaz rege impio: rex aram, qui interpretatur excelsus atque sublimis: ut indicet arrogantiam sapientiæ secularis: & Phaceæ filius Romeliæ: qui & ipse iuxta Osee prophetam ex tribu ephraim, de qua Hieroboam filius Nabath uirtutes aureas in bethel & dan constituerat: & a domo Dauid dei populum separarat: refertur ad hæreticos, consentientes sibi, ut expugnent ecclesiam. Quod cum audierit domus Dauid: quoniam in Ezechiel bonum pastorem legimus suscitandum: & populus eius simpliciter credens in dominum, pertremulset

C

Deu. 32, f

4. Reg. 15, a

D

4. Reg. 16
2. Para. 28, a

Ibidem

Anago.
CXX

Ezech. 34, f

Commen. Hieronymi liber tertius

E tremescet: Et ideo pertremescet: quia non arboribus frugiferis, sed infructuoso saltui comparatur. Eosdem autem hareticos atque gentiles contra domum David argumentorum & dialecticæ artis gladiis dimicare: nulli dubium est: ut qui inter se discrepant, in ecclesiæ oppugnatione consentiant: iuxta illud quod

Luc. 23. b herodes & pilatus inter se discordantes, in domini passione amicitia foederati sunt. **¶** Et dixit dominus ad Esaiam: Egrede in occursum Achaz, tu et qui derelictus est Isachar.

Isa. 7. a Isachar filius Esaiæ qui interpretatur relictus atque conuertens, in tempore populi iuda, quod erat de duorum regum manibus liberandus: iubetur egredi cum parente, & occurrere Achaz regi iudæ in loco aquæ ductus piscine superioris, in uia agri fullonis: ubi postea lecturus sumus sub Ezechia rege iuda stare rabfacem: & ex præcepto sennacherib regis assyriorum dei populum blasphemare. In quem locum egressi sunt, missi ab Ezechia principes ciui-

4. Reg. 18. d tatis, quos in Regum uolumine legimus. Præcipiturque Achaz quous impio regi propter domini misericordiam ut agat silentium: & non terreatur neque formidet cor eius, putans se passurum similia quæ prius sustinuerat. Duas autem caudas titonium: id est torrium fumigantium, uocat Rasin regem syriæ, & phaceæ filium Romeliæ regem samariæ: eo quod in illis finitum sit regnum syriæ, id est damasci: & regnum samariæ, id est decem tribuum: quæ alio nomine appellabatur Ephraim. Scriptum est enim

Ibi. 16. b quod Theglathphalassar rex assyriorum, sub rege Achaz ascenderit in damascum: & uastauerit eam, & transfulerit habitatores eius cyrenem, & Rasin interfecerit: & quod tetenderit insidias phaceæ filio romeliæ. Osee filius ela: & percusserit eum & interfecerit, & regnauerit pro illo in israel annis nouem: & quod uenerit salmanassar rex assyriorum & obsederit samariam, quæ nunc sebastæ uocatur tribus annis: & nono anno regni

4. Reg. 17. a Osee coeperit eam: uinctumque Osee in carcerem miserit: & transfulerit israel in assyrios: posueritque eos in hala & in habor iuxta fluuium gozan in ciuitatibus: siue ut Lxx. transfulerunt in montibus moedorum: Quis enim inierint contra filium hi duo reges pessimi, ut ascenderet ad iudam: cuius regio in montibus sita est: & suscitarent eum quiescentem & quodammodo dormientem: suoque imperio subiugarerent: & superponerent ei regem filium Tabeel: qui interpretatur bonus deus: ut uel hominem hoc nomine, uel idolum demonstrarent: Tamen hæc dicit dominus deus: Non stabit hoc consilium: sed interim modo caput syriæ urbiū erit damascus: & in ipsa metropoli damasco imperabit Rasin. Porro in ephraim propter Hieroboam filium Nabath, qui primus regnauit de ephraim, erit caput samariæ: hoc est regia domus in urbe samariæ: & samariæ caput erit filius Romeliæ, id est phaceæ: Regnum autem decem tribuum, id est populi ephraim: post sexaginta & quinque annos esse cessabit: Quod nisi diligentius attendamus, stare non poterit. Quare todecimo enim anno Achaz filij ioatham: in tribu iuda regnauit Osee super samariam: & nono anno imperij sui captus est. Regnauit autem Achaz super iudam annis sedecim: post cuius mortem septimo anno imperij sui captus est Osee, & destructa samaria: omnisque populus est transductus in moedos: ita ut si uoluerimus sedecim annos Achaz & septem

Osee ponere, efficiantur anni uigintitres, aut ut multum, uiginti quatuor: & ubi erunt sexaginta & quinque anni, in quibus regnum israel dicitur finiendum: Igitur hebrei hunc locum ita edisserunt: ut Amos qui sub Osee coepit prophetare, quando & Esaias prophetiæ suæ habuit exordium, primus prophetauerit contra israel, dicens: Israel autem capitiuus ducetur de terra sua. Titulus quoque prophetiæ eius contra samariam sit: & prophetare coeperit in diebus

G

Amos. 7. e

Ibi. 1. a
2. Para. 26. d

¶ Et dixit dominus ad Esaiam: Egrede in occursum achaz, tu & qui derelictus est Isachar filius tuus ad extremum aquæ ductus piscine superioris, in uia agri fullonis. Et dices ad eum: uide ut fileas: noli timere & cor tuum ne formidet a duabus caudis titonium fumigantium istorum: in ira furoris Rasin & syriæ, & filij Romeliæ: eo quod consilium inierit contra te syria pessimum: Ephraim & filius romeliæ dicentes: Ascendamus ad iudam, & suscitemus eum & euellamus eum ad nos: & ponamus regem in medio eius filium Tabeel. Hæc dicit dominus deus: non stabit, & non erit istud: sed caput syriæ damascus, & caput damasci rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet ephraim esse populus: Et caput ephraim samaria: & caput samariæ filius romeliæ: Si non credideritis, non permanebitis. Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni siue in excelsum supra.

Et dixit

quæ regnauit Ezechias: cuius sexto imperij anno capta samaria est: atque ita effici simul, annos sexaginta quinque. Hæc per prophetam domino prædicente: & Achaz & populus futura non credit. Unde subiungitur: Si non credideritis non permanebitis: ut Symmachus transtulit: id est, & uos non permanebitis in regno uestro: sed in captiuitate ducemini, sustinentes eorum poenas, quorum imitati estis infidelitatem. Vel certe iuxta Lxx. οὐδὲ μὴ σιωπήτε. i. non intelligetis. Et est sensus: Quia quæ dominus dicit futura non creditis: intelligentiam non habebitis. Hæc iuxta historiam dixerimus. Ceterum iuxta coeptam tropologiam considerandum est, quod impio regi Esaias iubeat occurrere, exiens de loco suo: non in principio aquæ ductus: sed in extremis finibus piscine superioris: quæ erat in agro fullonis, ubi sordes & maculæ purgabantur. Quis enim Achaz regnaret super iudam: tamen quia impius erat, in superioris piscine extremis finibus morabatur. Ergo deus non tam regis miseretur, quæ indignum aestimabat salute, quam populi sui. Duas autem caudas torrium fumigantium: ut prius diximus, uocat sapientiam sæcularem: hæreticumque sermonem, quorum finis exustio est. Qui frustra inierunt consilium, ut ascenderent contra iudam: & quasi negligentem & dormientem caperent: & suis erroribus copularent: ponerentque super eum regem filium Tabeel: hoc est bonum deum. Vterque enim aduersarius apud se ueritatem, apud se existimat optimam esse doctrinam. Denique Marcion hæreticus, boni dei filium, hoc est alterius putat esse christum: & non iusti cuius propheta sunt: quem sanguinarium, crudelem & iudicem uocat. Hæc illis dicentibus, dominus comminatur quod non stet consilium ipsorum: sed interim nunc quod diu mundus iste stat: & ea quæ mundi sunt in suis finibus, & in suis urbibus dominentur. Cum autem consumationis tempus aduenerit: hoc est sexaginta quinque anni: & tam mundi res quæ in sex diebus factæ sunt: quæ omnia quæ ad quinque sensus pertinent finem acceperint: tunc uniuersa esse soluenda quæ gentiles & hæretici futura non credunt: & propter infidelitatem non intelligunt quæ dicuntur. **¶** Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum. Qui prius per prophetam locutus fuerat ad Achaz: uide ut fileas: noli timere, & cetera. Illo non credente

H

Tropos.

A credente: & ideo non intelligēte, ipse loquitur ad achaz: ut sal-
tē auctoritate domini territus suscipiat quæ dicunt. Quia
tibi inquit uidetur esse difficile quod regna potentissima bre-
ui tempore finienda sint: & tu cum populo tuo de magno
periculo libereris: Pete tibi signum: nequaquam ab idolis,

quorum errore reti-
neris: sed a domino
deo tuo qui tibi auxi-
lium pollicetur: & ipsum
signum optionis tuæ
est unde postules, siue
de profundo siue de excel-
so: Quod cum soli Lxx.
dixerint: ceteri iuxta
hebraicum significan-
tius transfulerunt, de
profundo inferni. Er-

go sicut profundum, infernum significat: ita excelsum, su-
pra cœlos intelligere debemus: ut cum de inferno siue
de excelsis signum acceperis, credas futura quæ dixi: Vis
inquit, ut scindatur terra & grandi hiatus inferi pateant,
qui in corde terræ esse dicuntur: an ut aperiantur cœli? Quod
utrumque ad typum pertinet mortis domini & ascensionis:
Qui enim descendit ipse est qui & ascendit. Et in Aposto-
lo legimus: Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in cœ-
lum: hoc est, christum deducere: Aut quis descendit in aby-
sum: hoc est, christum de mortuis reducere. Et in alio loco
de christo disputans ait: Quæ sit latitudo, & longitudo, &
excelsus, & profundum supereminētis scientiæ & dilectio-
nis christi: Hoc quantum ad mysticos pertinet intellectus.

Eph. 4. b
Rom. 10. b

Eph. 3. d

ps. 134. b

Ibi. 104. c

4. Reg. 20. b

Iosue. 10. c

1. Reg. 28. b

B

Ione. 2. a

Deu. 6. d

Matth. 4. b

Iudic. 6. b

et. 13. b

Caterum & moyses accepit signa de terra: de quibus in psal-
mis legimus: Misit signa & prodigia in medio tui ægypte.
Ranas, locustas, cyniphe & cynomyia: de cœlo autem gradi-
nē & ignem, & trium dierum tenebras. Ego reor & Ezechiam,
quando sol decem regressus est lineis, signum accepisse de
cœlo: Et iesum filium naue in gabaon & haialon stantibus
sole & luna. Plurimum putant faulem signum accepisse de ter-
ra & de profundo inferni: quando samuelem per incanta-
tiones & artes magicas uisus est suscitasse. Sed & Ionas pro-
pheta de abyssu, & de profundo ac mortis faucibus libera-
tus, signum dedit & accepit inferni. Legi in cuiusdam com-
mentariis hunc locum per allegoriam extenuatum: ut pro-
fundum & excelsum & id est non vult intelligeret, quæ nos
possumus sensibilia dicere, & intelligibilia: quorum alterum re-
fertur ad sensum, alterum ad mentem & rationem. Virginē
quoque interpretat animā, quæ nulla peccati corrupta est cō-
scientia: & potest de se emmanuel nobiscum deū, id est præ-
sentem dei generare sermonem. Sed nos elixas agni carnes
non comedimus, uerum alias: & quæ in nobis possint oēs
uoluptatum siccare pituitas: ne sacramentum fidei nostræ dū
plus sapimus quam oportet sapere, negligamus. **a Et dixit achaz: non petā & non tentabo dominū.** Non humilitatis
est, sed superbiæ: quod non uult signum a dño postulare: Quod
est scriptum sit in Deuteronomio: Non tentabis domi-
num deum tuum: & hoc contra diabolum saluator usus sit
testimonio: tamē iussus ut peteret, obedientia debuit exple-
re præceptum: perferim cū & Gedeon & Manue signum peterint
& acceperint: Quod iuxta hebræi sermonis ambiguitatē, in quo
scriptum est: וְיִתֵּן לָהֶם אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל: & omnes similiter tran-
stulerunt: non tentabo dñm: possit legi: non exaltabo do-
minū: Sciebat enim rex impius quod si signum peteret, acceptu-
rus esset, & glorificaret dñs. Ergo quasi idolorum cultor, qui
in omnibus angulis platearum & in montibus locisque nemo-
rosas aras constituerat: & pro leuitis habebat phanaticos: nō
uult signum petere quod præceptum est. **b Et dixit: au-
dite ergo domus dauid: Nunquid parum vobis est mole-
stos esse hominibus? Quis est iste qui dixit: audite ergo do-
mus dauid? Nequaquam deus qui supra ad achaz dixerat: Pe-
te tibi signum a domino deo tuo: sed propheta, ut ex con-
sequentibus comprobatur: Quia molesti estis, & deo meo.
Et est sensus: Quia non solum prophetas persequimini &
eorum dicta cōtemnitis: sed & præsentis & iubentis dei sen-**

tentiæ cōtradicitis: ita ut ei exhibeatis laborem: qui in alio
loco ait: Laboraui sustinēs: idcirco dñs faciet quæ sequuntur.
Pro labore & molestia: quod Aquila & Symmachus transule-
runt: Lxx. & Theodotio & Symmachus interpretati sunt: i. luctam
atque certamen: quia contentiosi nō subiciant collum dñi ser-

uituti: sed illo uulnera
eorum uolente cura/
re respuant sanitatem.
Et hoc notandum:
quod achaz rege impiis-
simo nolente signum
petere: sermo prophe-
ticus ad domum da-
uid: hoc est ad tribum
regiam conuertatur:
de qua supra legimus:
Et nunciauerunt hæc

domui Dauid dicentes: Consenserunt syria & ephraim.

c Propterea dabit dominus ipse vobis signum etc.
Nequaquam multifarie iuxta apostolum Paulum & multis mo-
dis loquitur deus: Nec iuxta alium prophetam, in manibus pro-
phetarum assimilabitur: sed quod ante loquebatur per alios,
dicit: Ecce adsum. De quo & sponsa rogabat in cantico:
canticorum: Osculet me osculo oris sui: Dominus enim uirtutū
ipse est rex gloriæ: ipse descendet in uterum uirginale: & in-
gredietur & egredietur orientalem portam quæ semper est
clausa: de quo gabriel dicit ad uirginem: Spiritus sanctus
ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: propte-
rea quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et
in prouerbiis: Sapientia edificauit sibi domum. Quando autem
dicitur: Dabit dominus ipse uobis signum: nouum debet
esse atque mirabile. Sin autem iuuenula uel puella, ut iudæi
uolunt, & non uirgo pariat: quale signum poterit appella-
ri: cum hoc nomen ætatis sit non integritatis: Et reuera ut
cū iudæis cōferamus pedē: & nequaquam cōtentioso fure præ-
beamus eis risum nostræ imperitiæ: uirgo hebraice וְיָרֵחַ
appellatur: quæ in præsentis loco nō scribitur: sed pro hoc uerbo
positum est וְיָרֵחַ: quod præter Lxx. quod posuerunt in πρὸς τοὺς
omnes adolescentulam transfulerunt. Porro וְיָרֵחַ apud
eos uerbum ambiguum est: dicitur enim & adolescentula, &
abscondita. i. ἀποκρυφός. Vnde & in titulo psalmi noni, ubi
in hebræo positum est וְיָרֵחַ: ceteri interpretes transtu-
lerunt, pro adolescentia: quod Lxx. interpretati sunt, pro abscon-
ditis. Et in genesi legimus, ubi rebecca dicitur alma: Aquila
lam non adolescentulam nec puellam, sed absconditā tran-
stulisse. Sunamitis quoque mulier amissa filio, cū helisei fuisset
pedibus prouoluta: & prohiberet eam iei: audit a pro-
pheta: Dimitte eam, quia in dolore est, & dominus abscon-
dit a me. Pro eo quod in latino dicitur, abscondit a me: in hebræo
scriptum est וְיָרֵחַ מִיָּמִי. Ergo alma, non solum puella
uel uirgo: sed cum ἐπιτρώσει uirgo abscondita dicitur & se-
creta: quæ nunquam uirosum patuerit aspectibus: sed magna
parentum diligentia custodita sit. Lingua quoque punica:
quæ de hebræorum fontibus manare dicitur: proprie uirgo alma
appellatur. Et ut risum præbeamus iudæis: nostro quoque ser-
mone alma sancta dicitur: Omniumque pene linguarum
uerbis utuntur hebræi: Vt est illud in canticis canticorum de
græco πορσεῖο: id est ferculum sibi fecit salomon: quod & in
hebræo ita legimus. Verbum quoque nugas & mensuram:
hebræi eodem modo & eisdem appellant sensibus: Et quæ-
tum cum mea pugno memoria: nunquam me arbitror alma in
muliere nupta legisse: sed in ea quæ uirgo est: ut non solum
uirgo sit: sed uirgo iunioris ætatis, & in annis adolescen-
tiæ. Potest enim fieri ut uirgo sit uetula: ista autem uirgo erat in
annis puellaribus: Vel certe uirgo nō puellula, & quæ ad-
huc uirum nosse nō posset: sed iam nubilis. Denique in Deu-
teronomio, sub puellæ & adolescentulæ nomine, uirgo in-
telligitur: Si inuenerit inquit homo in campo puellam de-
sponsatam, & ui opprimens dormierit cum ea: interficietis
uirum solum, qui concubuit cum ea: & puellæ nihil facie-
tis: non est adolescentulæ peccatum mortis: Quia quomo-
do si quis

C

Hebr. 1. a

Osec. 12. c

infra. 58. c

Cañ. 1. a

ps. 23. b

Ezech. 44. a

Luc. 1. d

Pro. 9. a

D

Gen. 24. b

4. Reg. 4. c

Cañ. 5. c

אֶמְרֵי

נִגְיָה

מִשְׁכָּח

Deu. 22. d

Commen. Hieronymi liber tertius

Edo si quis in insidijs insurgat contra proximū suū, & interficiat animam eius: sic hoc negociū accidit. In agro inuenit eam: clamauit puella desponsata: & nō inuentus est qui auxiliaretur ei. Et in regū uolumine legimus, quod quesierint puellam uirginē nomine abisag, & introduxerint ad regē: quā dormiret cū eo & foueret eū: & erat puella puchra nimis & ministrabat ei: & rex non cognouit eā. Qd̄q; se q̄t: Et uocabis nomē ei⁹ emmanuel: & Lxx. & tres reliqui similiter transtulerūt: pro quo in matthæo scriptū ē, uocabunt: qd̄ in hebraeo non habet. Ergo iste puer qui nascet ex uirginē O domus dauid: nunc a te appellē emmanuel. i. nō bīscum deus: quia rebus ipsis probabis a duobus inimicis regibus liberata, deū te habere præsente: Et qui postea uocabitur iesus, id est saluator: eo q̄ uniuersum hominum genus saluaturus sit: nūc a te emmanuel appellē uocabulo. Verbum **מָנִיחָא**: quod omnes interpretati sunt uocabis: potest intelligi & uocabit: quod ipsa scilicet uirgo quā cōcipiet & pariet, hoc christū appellatura sit noīe. In multis testimonijs quā euāgelistā uel apli de libris ueterib⁹ assumpserūt, curiosius attendendū est, non eos uerborū ordinem secutos esse, sed sensum. Vnde & in præsenti loco, pro cōcipiet in utero: Matthæus posuit, in utero habebit: & pro uocabis, uocabūt. Hebræi hoc de Egechia filio achaz prophetari arbitrantur: qd̄ ipso regnante sit capta samaria: qd̄ omnino probari nō potest. Si quidē achaz filius ioatham, regnauit super iudam & hierusalem annis sedecim: Cui successit in regnum filius eius Egechias, ānos natus uiginti quinque: & regnauit super iudam & hierusalem annis uiginti nouem. Quomodo ergo, ut demus primo an nō achaz hanc ad eum factam prophetiam, de Egechia cōceptu dicitur & natiuitate: cū eo tēpore quo regnare cōcepit achaz, iam nouem egechias esset annorū: nisi forte sextū egechia regni annū quo est capta samaria, infantia eius appellari dicant, nō ætatis, sed imperij. Qd̄ coactū esse atq; uolētum, etiam stultis patet. Quidā de nostris iudaicis, Esaiā prophetam duos filios habuisse cōtendit, iasub & emmanuel: & emmanuel de prophetissa uxore eius esse generatū, in typū dñi saluatoris: ut prior filius iasub, qd̄ interpretatur relictus siue conuertens, iudaicum populū significet: qui relictus est, & postea reuersus. Secundus autem, id est emmanuel & nobiscum deus, gentium uocationem: postq̄ uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. **a Butyrum & mel comedet ut sciat** rē. Pro q̄ Lxx. transtulerunt, añq̄ sciat. Qd̄ sequitur: assumere malū: in hebraico non habetur. Et est sensus: O domus dauid cui dei sermone præcipitur ut uoces. i. inuoces in periculo cōstituta: nomē emmanuelis, id est nobiscum dei: non mireris ad rei nouitatem, si uirgo deū pariat: qui tantam habeat potestatem: ut multo post tēpore nasciturus, te nunc liberet inuocatus: ipse est em, qui uisus est Abraham & locutus est Moyse. Dicam & aliud mirabilis: ne eum putes in phantasmate nasciturum: cibus utetur infantia, butyrum comedet & lac: Et licet multa post sēcūla de eo euāgelista testetur: Puer autem proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deū & homines: & hoc dicat, ut ueritas humani corporis approbetur: tamen adhuc pānis inuolutus, & butyro pastus ac melle: habebit boni malicij iudiciū, ut reprobans mala eligat bona: Non quod hoc fecerit, aut reprobauerit uel elegerit: sed q̄ scierit reprobare & eligere: ut per hæc uerba nōscamus infantiam humani corporis diuinæ non præiudicasse sapientia. Deniq; iacentem in præsepio angeli pastoribus nunciant: magi adorant de oriente uenientes: quos utiq; electos esse credendū est:

Et contrario herodes, scribæ ac pharisæi reprobatur: quia pro uno infante multa paruulorum milia trucidarunt.

b Prius enim q̄ sciat puer reprobare malū rē. Sexto imperij anno Egechia, est ab assyrijs capta samaria, id est tricesimo primo āno ætatis ipsius. Si itaq; iste qui nasciturus: uel de uirgine, ut nos probamus: uel de adolescentula, ut iudæi uolunt, butyrum & mel comedet: & tā paruulus erit ut malū a bono discernere nequeat: & anteq̄ ille temp⁹ egrediat infantia, terra syriæ & samariæ uastanda ab assyrijs sit: respondeant hebræi, quomō Egechias triginta & uno annis infantulus prædicetur: & tam rudis ætatis ut mel & butyrum comedēs: iuxta niniuiticos

pueros: nec sinistram, nec dextram: id est, nec malū, nec bonum nouerit. Relatum autem ad emmanuel, quod interpretatur nobiscum deus, facilem habebit intelligentiam: Quod ad mysterium & inuocationem nominis eius: terra syriæ & samariæ, assyrio superante uastet: & domus dauid liberetur a duobus regibus quos metuit, rasin uidelicet & phaceā. **c Adducet dominus super te & super populū rē.** Locus iste per hiperbaton legendus est. Deniq; & nos secuti hebraicam ueritatem: ita eum interpretati sumus: O dom⁹ Dauid, ausculta quā dico: ut derelinquatur terra syriæ & samariæ a facie regum duorum, quos tu uahementissime reformidas: Adducet dominus dies super te, & super domum patris tui Dauid: quos nunq̄ habuisti ex eo tēpore quo decem tribus a duabus tribubus separatae sunt: & regnum in samaria habere cōeperūt. Adducet autem istos dies, id est tempora cum rege assyriorum: ut illis superatis atq; subuersis: tu emmanuelis præsentia libereris. Lxx. hūc locū ita uerterunt: Adducet dominus super te, & super populū tuū, & super domū patris tui dies, qui necdū uenerunt, ex q̄ die abstulit ephraim a iuda regē assyriorū. Qd̄ quem sensum habeat scire non possumus: nisi forte hoc dicendum est: quod peccatorū suorū magnitudine ephraim, id est samaria: primum ad se assyriorum fecerit impetū declinare. Aliter: Interim nūc duo reges rasin & phaceā qui te obfidet & uastare festinant, breui tempore subuertentur: Tu autem uastationis tempus illud adueniet: quādo qd̄ nunq̄ speraueras, immo nunq̄ metueras, assyrios uenerit. Per quā docet domui dauid, non syriam & samariam: sed assyrios esse metuendos. Præsenti ergo formidine liberat: & de futuro tempore comminatur. **c Et erit in die illa: sibilabit dñs rē.** Cum fuerit duorum regū terra deserta, damascus & samaria, quā tu nunc detestaris & metuis: tunc adducet dominus O domus iuda super te, & populū tuū dies, quos nunq̄ ante uidisti, & regem assyriorum. Frustra igit̄ præsentia metuis, semiuustos torres & ignē penitus nō habētes: Scire em debes, quod sibilō suo dñs muscas ægypti & fluminum eius, haud dubium quin septē **דְּיוֹמָא** nili significet, uocaturus sit: & apem quā est in terra assur. Muscas autem ægyptios uocat propter sordes idololatriæ, & imbellem populū: & apem assyrios: quorū illo tempore potentissimum regnum erat, & ad bella promptissimum: uel ob id quia omnis prope assyriorū & persidis regio usum habebat sagittarum. Hi igitur omnes uenient & occupabunt terram tuam in torrentibus uallium & cauernis petrarum: & in omnibus frutetis & foraminibus lignisq; nemorosis. Hac autem per metaphoram dicuntur: ut quia semel muscas & apes nominauerat: translationem seruaret in reliquis. Legamus regum & paralipomenon libros: & inueniemus ab ægyptijs casum sanctū regē iosia: & populū isrl̄ potestati ægyptiæ subiugatū: ita ut regē illis constitueret,

G Matth. 2. c

H

H

2. Para. 35. d

Ibi. 36. a cōstitueret. Et post non multum temporis, uenit nabuchodonosor cum innumerabili multitudine bellatorū: captaq; hierusalem & ceteris iudæa urbibus dirutis, incendit templum: & habitatores assyrios posuit in iudæa. a ¶ In die illa radet dominus in nouacula conducta rē. Hæc quidā pu-

bus cōculcabunt. Hæc post captiuitatem solere fieri, utinā nesciremus: At nunc magna pars rhomanæ urbis quondā iudæa similis est: q; absq; ira dei factum non putamus: qui nequaq; contemptū sui per assyrios ulciscitur & chaldaeos, sed per ueras gentes & quondam nobis incognitas: quarū

& uultus & sermo terribilis est: & fœmine/as incisæq; facies præferētes, uirorū & bene barbatorum fugiētia terga confodiunt. Legille me noui in his locis latissimā & inextricabilē tropologiam: q; uniuerla quæ iuxta historiam diuersimus, spiritualiter iudæis acciderint: uix unam habentib; uaccā & duas oues, mūda uidelicet animalia: ut nequaq; solido cibo, sed lacte nutriantur infantia: & comedant mella uerborum, quæ distillant de labijs mulieris metricis: & uinū nō habeant, qd̄ latificat cor hominis: sed omnia eorum opera redigantur in spinas: ut uulnerentur ab aduersarijs, qui percutiunt in obscuro rectos corde. Q; si qñ uoluerint altius quippiam sapere: & nimio labore sudātes descripturis sanctis mysticis aliquid inuenire:

Hier. 25. g

B

4. Reg. 25. f

In die illa radet dominus in nouacula conducta, in his qui trans flumen sunt in rege assyriorum caput & pilos pedum, & barbam uniuerlam. Et erit in die illa nutriet homo uaccam bouum, & duas oues: & præ ubertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: omnis locus ubi fuerint mille uites mille argentei: & in spinas & in uepres erunt. Cum sagittis & arcu ingredient illuc: uepres enim & spinæ erunt in uniuerla terra. Et omnes montes qui in sarculo sarientur: non ueniet illuc terror spinarū & ueprum: & erit in pascua bouis & in conculcationem pecoris. Ca. VIII

ET dixit dominus ad me: Sume tibi librū grandem, & scribe in eo stilo hominis: uelociter spolia detrahe: cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotē: & zachariam filiū barachia: & accessi ad prophetissam: & cōcepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me: Voca nomē eius accelera: spolia detrahe: festina prædari: quia anteq; sciat puer uocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo damasci, & spolia samariae coram rege assyriorum.

Et adiecit

nihilominus fruges non afferant doctrinæ, sed uepribus compleantur & spinis, quæ oriuntur in manibus ebrj. Et nequaq; terra eorum atq; doctrina ab hominibus rationalibus animantibus, sed a bobus: quorum deus curam non habet: & a brutis animalibus conculcetur. Ca. VIII

ET dixit dñs ad me: Sume tibi librū grandem rē. Lxx. p libro grandi, interpretati sunt τὸ μὲν καὶ νόμῳ καὶ μέγαλον, id est, librū nouum & magnum. Et pro eo q; in hebræo habetur, adhibui mihi testes fideles: dixerunt, πᾶσι τῇς μαρτυρίας ποιῶσι πιστοὺς ἀνθρώπους, id est, adest enim, & testes fac mihi fideles homines. Et pro Vria sacerdote, τῷ τῶν οὐρίων, id est, uriam, cætera similiter. Primum propheta missus est ad Achaz, ut ei prædiceret quæ scriptura commemorat: Quo audire nolente, ipse dominus loquitur ad Achaz: & præcepit ei ut perat sibi signū in profundum siue in excelsum: Quo respondente, non petam & non tentabo dominum: dimisso rege impio, ad domum David dei uerba uertuntur: & promittitur ei uirgo paritura filium: cuius nomē sit emmanuel, hoc est, nobiscum deus. Qui si crebro fuerit inuocatus, samaria subuertatur & syria. Subuertatur autem a rege assyriorum, qui & ipsum iudam postea capturus sit: ita ut omnis terra iudæa uertatur in solitudinem. Rursum ergo sub alia figura partus describitur uirginalis. Et dixit dominus ad prophetam: ut nequaq; in populos proferat nouæ natiuitatis arcanum: sed scribat eam in isto grandi uolumine qd̄ nunc legimus. Et quo sit mirabilius, humanis uerbis, & stilo quo homines scribere consueuerunt, dei sacramēta comprehendat. Quid est autē illud quod scribitur humano stilo? Vt puer natus uelociter spolia detrahat & cito præde: hoc est, ne ultra patiat regnare diabolus: nec mittat angelos, nec prophetas: sed ad saluandas creaturas suas ipse descendat. Facit ergo propheta quod iussu est: & adhibet sibi duos testes fideles, Vriam sacerdotē, qui legis doctor est: dicente

C Malachia:

C

ps. 10. a

D

5. 7

Ibidem

Ibidem

Commen. Hieronymi liber tertius

Malach. 1. b Malachia: Labia sacerdotis custodient scientiam: & legem
E requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est:
Et zachariam filium barachia, quem prophetam fuisse du-
4. Reg. 16. b bium non est. Legimus q regnante achaz, zacharias sacer-
dos fuerit tēpli domini: cui praecepit Achaz ut altare simile
altaris Damasci face-
ret. Et dierum narrat

2. para. 29. c liber: q Ezechias fili-
achaz quæsierit domi-
num in diebus zachar-
ria eruditi in timore
dei. Exhibuit autem
se Esaias dignum spi-
ritu prophetali, & præ-
buit, pphetissā, id est,
spiritu sancto: qui ser-
mone hebraico uocat
נביא genere foemini:
no: iuxta illud qd feri-
ptum est: Accedite ad
dominū & illumina-
mini. Spiritu itaq san-
cto cōceptus est domi-
nus. Et licet human-
sermo natiuitatis eius
nequeat explicare my-
steria: tamen Gabriel

Luc. 1. d ipsi uirgini loquitur quæ concepit: Spiritu sanctus ueniet
super te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: propterea qd
nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Quidam pro-
phetissam sanctam mariam interpretantur, quam prophe-
ten fuisse non dubium est: Ipsa enim loquitur in euangelio:

Ibidem. c Ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes:
quoniam fecit mihi magna qui potens est: & reliqua. Præ-
cipiturq Esaiæ ut ipsum puerum qui prius uocabatur em-
manuel, nunc appellet accelera, spolia detrahe, festina præ-
dari: Ascendens enī in altum, captiuam duxit captiuitatē:

Ps. 67. d dedit dona hominibus: Et anteq humanum corpus assu-
meret: & iuxta infantiam patrem uocaret deum, & matrem
mariam: auferetur damasci fortitudo, & spolia samariae per
regem assyriorū: ut necdum natus, populum suum domū
dauid sola inuocatione saluaret. Vrias interpretatur lux do-
mini: Zacharias, memoria domini: & Barachias, bñdictio
domini: quibus testibus christi natiuitas cōprobatur. Ipse

Luc. 24. d enim in euangelio duobus euntibus in emaus, incipiens a
moysē & prophetis, edisseruit quod de se omnia propheta-
sent. Iuxta tropologiam, in anima uirginali & nulla sorde
maculata, de spiritu sancto dei sermo cōceptus, uelociter de
aduersarijs potestatibus spolia detrahit: & sibi facit uniuersa
seruire. Cuncq ex parte nunc uideat, & ex parte, pphetet:
priusq possit esse perfectus: & merito uocare deum patrē,
& matrem suam coelestem herusalem: adhuc in infantia &
in profectu positus, uincet fortitudinem damasci, doctrinā
uidelicet sapientiæ secularis: Et auferet spolia samariae, qui
bus ecclesiam hæretici spoliauerant dicentes: Non est nobis
portio in dauid, neq hæreditas in filio iesse: præsentem rege
ipso assyriorum diabolo qui eis non poterit auxiliari. Tales
autē filios non solum maria propheta uirgo perpetua, sed
& sanctæ mulieres patriarchis generant: Sara quæ interpre-
tatur שרה, id est princeps: & Rebecca quæ in lingua no-
stra patientiam sonat. a Et adiecit dominus loqui ad me
adhuc dicens. Dixerat supra auferendam damasci forti-
tudinem, & spolia samariae in cōspectu regis assyriorum: &
duos reges assyrio pugnante capiendos: Nunc deus loquit
ad prophetam charactere solito scripturarū, per translatio-
nem siloæ fontis hierusalē: & assyrij fluminis uiolentissimi:
q omnem terram israel suis inundet aquis, & egrediatur ri-
pas aluei: tantoq feratur impetu: ut postq decem tribuum
occupauerit terram, ad iudam perueniat: & trāsiens ad col-
lum usq ptingat, per quæ uicinam significat captiuitatē.
Non enim tunc captus est iudas: sed cunctis duarū tribuū
urbibus subiugatis, sola remansit hierusalem: quæ incredi-
bili dei misericordia liberata est. Potentiā ergo assyrij & in-

numerabilis eius exercitus, quam sub fluminis inundatio-
ne descripserat: nunc per aliam ostendit translationē, q alis
suis, id est, ducibus & infinita multitudine operuerit terrā
emmanuelis: hoc est, defendentis eam dei: sed tamen non
possederit: quāq emmanuel a Lxx. sequēti capitulo coop-
tetur: non, pprio noīe,
ut apud hebræos uo-
catur, sed interpretato,
id est, nobiscum deus.

Siloam autem fontem
esse ad radices montis
sion: qui non iugibus
aquis, sed in certis ho-
ris diebusq ebulliat:
& per terrarū concaua
& antra saxi durissimi
cum magno sonitu ue-
niat, dubitare non pos-
sumus: nos præsertim
qui in hac habitamus
prouincia. Est autem
sensus: quia populus
decē tribuū magis uo-
luit Rasin & filio Ro-
melia, id est, damasci
& samariae regib⁹ esse
subiectus q stirpi da-
uid, quæ meo cœpit regnare iudicio: faciam eum nequaq
his regib⁹ quos assumpsit, sed regi seruire assyrio: cuius po-
tentia occupantis terrā samariae, inundationi fluminis com-
paratur. Et sit apostropha ad emmanuel, hoc est, ad præsen-
tem deum: q intantum se erexit assyrius, ut etiam terram
ipsius iudam conatus sit possidere. Iuxta anagogen, omnis
hæreticus qui iunxerit auxilio suo sapientiam secularē:
& hierusalem, id est ecclesiam uoluerit oppugnare, derelin-
quens aquas siloæ fontis, qui interpretatur missus: & qui
salit in uitam æternam, tradetur assyriorum principi: quem
sensem magnum in posterioribus lecturi sumus: cuius tra-
ditus potestati, in profundum ueniet peccatorū. Tantā est
enim arrogantia, ut ausus sit ostendere saluatori uniuersa
regna terræ & dicere: Hæc omnia mihi tradita sunt. Cona-
bitur quoq iudam, id est, domum confessionis intrare: &
crebro per eos qui in ecclesia negligēs sunt usq ad collum
ueniet: credentes in christo cupiens suffocare: & extender
alas suas, implens uniuersam regionē emmanuelis: sed nō
poterit obtinere, quia habet iudas præsentem deum. Legi-
mus in euāgelio scdm Ioannē, q cæcum a natiuitate cuius
oculos luto ex salina sua facto dominus linierat, miserit ad
aquas siloæ: quibus cum cæcus lauisset lutum, cæcitate de-
tersa, clarum oculorum lumen accepit: qd post signi magni-
tudinem, indicat non aliter cæcitatem iudæorum, & omnis
increduli posse sanari: nisi doctrina aquarum christi: quæ
absq strepitu & clamore uerborum leniter fluit, tenebræ
prioris fugentur erroris. Hoc quod in Lxx. legitur: Et am-
bulabit super omnem murum uestrum: & auferet de iudæa
hominem qui possit caput leuare, aut forte aliquid facere:
in hebraico non habetur: & in græcis codicibus uerū iugu-
lante confoissum est. b Congregamini populi et uince-
mini. Pro congregamini siue infirmamini & cōstringimi-
ni, ut interpretati sunt alij: Lxx. posuerunt, scitote. Verbum
enim hebraicum ויעו propter ו literā & ו similitudinem
intellexerunt ויעו. O igitur populi samariae & syriae, infir-
mos uos & debiles esse cognoscite: & emmanuele præsen-
te, nihil posse contra hierusalē urbem dei: & hoc non solum
uos qui uicini estis, sed cuncta pcul terra cognoscat. Quis
enim exercitum congregetis & accingatis uos ad prælium:
& maior sit numerus obsidentium q obseforū: tamē non
semel, sed iterum dicam: uincemini. Et quodcuncq contra
hierusalem inieritis cōsilium, dissipabit. Et licet supra dix-
eritis: Ascendamus ad iudam, & suscitemus eum quiescen-
tem: & ponam⁹ regem super eum filium Tabeel: loquimini
quidem uerbum, sed non fiet: quia nobiscū est deus, id est,
emmanuel.

G

Anago.

שיל
H

Iob. 9. a

A emmanuel. Possumus hoc testimonio & cōtra gētes abuti in persecutionis tempore: q̄ q̄uis fortes esse uideantur: & nos superare in his qui lapsi sunt: tamen uincant in his qui pro christo fuderunt sanguinem: & q̄ post bella pax reddatur ecclesijs: & uniuersa eorum contra Emmanuelem con-

silia dissipentur, quia nobiscū sit deus: Contra dicētes quocūq̄ ueritati utiliter audient, ut tandem ratione superentur: & nequaquē uelint in mendacio uincere: quia q̄cūq̄ dixerint, nunq̄ peruersitas possit superare q̄d rectū est. **¶** *Et appropinquabunt et capientur:* Quodq̄ sequit̄: homines in tuitione, obelo prænотandum est. Quia multū inter se hebraicum distat, & uulgata editio: ideo utrunq̄ posuimus. Et primū de hebraico disputādū est. **¶** *ad me locutus est dominus:* Qui propter bona opera, & gratiā quā per bona opera consecutus sum: siue forti manu sua erudit me & instituit, ne ambularem in uia populi huius, & pariter errorē: uel certe fecit me recedere a uia ppli huius pessima: & dixit mihi: Noli duorum regū timere conuersionē: sed hoc magis cōsidera q̄ omne q̄ loquitur hic pplus

B aduersum me, coniuatio sit: & scdm Symmachū qui interpretatus est, *ἀνταρσία*, in me extiterit perduellis. Tu autem ppheta, & hi qui tecū sunt, ne timeatis insidias populi: sed dñm timeate, & ipse sit timor uester: Principiū em sapientiā, timor domini. Qui erit credentibus in sanctificationem: incredulis autem in lapidem offensionis & in petram scandali: duabus scilicet domibus iudæ & israel. Præcipue autem in laqueum & in ruinam habitantibus in hierusalem: in quo impingent plurimi, & cadent & conterentur, peccatorumq̄ suorum uinculis irretiti, ducētur in captiuitatem. Duas domus, naçarei (qui ita christum recipiunt, ut obseruationes legis ueteris nō amittant) duas familias interpretantur, Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt scribæ & pharisæi: quorum suscepit scholam Akibas, quem magistrum Aquilæ profelyti autumant: & post eum Meir: cui successit Iohannan filius Zachai: & post eum Eliezer, & per ordinē Delphon: & rursum Ioseph galilæus: & usq̄ ad captiuitatē hierusalem Iosue. Sammai igitur & Hillel non multo prius q̄ dominus nasceretur, orti sunt in iudæa: quorum prior dissipator interpretat̄, sequens prophanus: eo q̄ per traditiones & *δευτερώσεις* suas legis præcepta dissipauerint atq̄ maculauerint. Et has esse duas domus quæ saluatorem nō receperint: qui factus sit eis in ruinā & in scandalum. Iuxta Lxx. manu forti restitit populus dei uoluntati: & dicit omnia dura esse quæ dñs præcepit: scdm illud q̄d in euangelio legim⁹: Durus est iste sermo: quis poterit audire eum? Vnde præcipitur eis ut dominum audiant: & ipsum solum

timeant. Si enim in ipso confisi fuerint, habebunt eum in sanctificationem: & non impingent quasi in lapidem scandali, & quasi in petram ruinā. De hoc loco & Apostolus submit testimoniū, q̄ christus iudæis factus sit in scandalum: gentibus autē in stulticiā. Et rursum: Israel sectando legē iusticiæ, in legē iusticiæ nō peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operib⁹ legis offenderūt in lapidem offensionis: sicut scriptum est: Ecce ponam in sion lapidem offensionis & petram scandali: omnis qui credit in eō, non confundetur. Ergo qui nō receperunt emmanuelem, sed factus est eis in lapidem offensionis & in petram scandali, conterentur captiuiq̄ ducuntur. Quodq̄ ait: Domus autem iacob in laqueo & in conualle erit sedentib⁹ in hierusalē: hoc significat, q̄ nō habitēt in montibus: nec in excellis scripturarum uersent̄ locis: sed semper humilia intelligāt, peccatis peccata sociātes, & uincti laqueis delictorum. **¶** *Liga testimonium dñi.* Vox domini loquētis ad prophetā: Quia (inquit) factus est dominus in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domib⁹ israel: & missum ad se emmanuel suscipere noluerunt: Liga testimonia ueteris instrumenti: & trade illa discipulis meis, qui euangelium susceperunt: apostolis uidelicet siue apostolicis uiris. Vel certe lex & pphetia usq̄ ad Ioan-

SEP. Hec dicit dñs: forti manu recesserūt ab itinere uiæ ppli hui⁹, loquētes: ne forte dicatis, durū est. Oia em quæ loquit̄ pplus iste, dura sunt: timorem autē ei⁹ ne timueritis neq̄ conturbemini: dñm uirtutum ipsum sanctificate: & ipse erit timor tuus: & si in ipso confisus fueris, erit tibi in sanctificationem: & nō ut lapidi offensionis occurras: neq̄ ut petre ruinæ. Domus autem iacob in laqueo & in conualle erit sedentib⁹ in hierusalē: ideo infirmi erunt in ipsis plurimi: & ruent & cōterent̄, & appropinquabūt & capientur: hoies in tuitione.

Liga testimonium: signa legem in discipulis meis: & expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo iacob: & præstolabor eum. Ecce ego & pueri mei quos dedit

D runt: Liga testimonia ueteris instrumenti: & trade illa discipulis meis, qui euangelium susceperunt: apostolis uidelicet siue apostolicis uiris. Vel certe lex & pphetia usq̄ ad Ioan-

C 1. Co. 1. d

Matt. 2. b

עקיבה
מאיר
יוחנן
זכאי
אליעזר
דלפון
יוסף
הלל

Io. 6. f

C 2 Filioli

Commen. Hieronymi liber tertius

Gal. 4. c Filioli mei quos iterum parturio: donec christus formetur
 E in uobis. Isti autē pueri, id est prophetae, in signa dati sunt &
 in portenta israeli: iuxta illud quod in Ezechiele legimus:
 Ezech. 24. g Et erit Ezechiel uobis in signum. In Zacharia quoque sancti
 Zach. 3. d uiri prophetarumque discipuli *τετασμένοι*, id est porten-

torum signorumque fa-
 ctiores appellantur: eo
 quod semper prophetae in
 signū praeceperint fu-
 turorum. Hoc interim
 iuxta literam. Ceterū
 beatus Apostolus in
 epistola quae ad he-
 braeos scribitur, docet:
 (licet eā latina consue-
 tudo inter canonicas
 scripturas nō recipiat)
 hoc testimoniū ex per-
 sona debere intelligi do-
 mini saluatoris. Quā-
 ob rem non erubescit
 ps. 21. c fratres eos uocare di-
 Hebr. 2. c cens: Annunciabo no-
 men tuum fratribus
 meis: in medio eccle-

siae laudabo te. Et iterum: Ego ero cōfident in eum. Et rur-
 sum: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus. Quia er-
 go pueri cōmunicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter
 particeps factus est earundem passionum. Quomodo au-
 tem isti pueri in signum fuerint atque portentum sapientiae
 saeculi & superbiae iudeorum, idem Apostolus docet: Qui
 i. Co. 1. d elegisse dicit dominum saluatorem stulta mūdi & infirma,
 ut cōfunderet sapientes & fortia. Vñ & ad apostolos salua-

tor aiebat: Nisi conuerſi fueritis quasi unus de pueris, non
 intrabitis in regnū cōlorū. Puer autem efficitur noui euan-
 gelij praeicator, qui deponit ueterem hominē, qui corrumpitur
 in desiderijs seductionis: & induitur nouo, qui renouatur
 in cognitionem iuxta imaginem creatoris. Habitare
 autem dominum exercituum in monte sion: idem Aposto-

F lus scribit: Accessistis ad montem sion & ciuitatē dei uiuen-
 tis, hierusalem cōlestem. Vnde miror quendam nostrorū
 pueros istos duos Esaia filios intelligere, quos de proph-
 tissa mulieris conceptione generarit: Isaias uidelicet & Em-
 manuel: quorū prior in abiectioe prioris populi, sequens
 in assumptione gentiū praeceperit. Quod qui recipit, conse-
 quenter & Osea prophetam uere meretricē uxore habuisse
 firmabit. a ¶ Et cum dixerint ad uos etc. Si Esaia prophe-
 ta uox est, ut iudei existimant: Ecce ego & pueri mei quos
 mihi dedit dñs in signum & in portentum israelis: & haec
 quae sequuntur, ipse ad discipulos suos credendus est dice-
 re: Cum dixerint (inquit) ad uos gentes & populi: de qui-
 bus supra lectum est: Infirmamini populi & uincimini:
 quid prophetas uultis audire: quid Esaia uerbis decipi-
 mini: & illum putatis quae uentura sunt nosse: Quare
 magis a phythonibus & a diuinis qui strident in incantatio-
 nibus suis. Pro quibus Lxx. interpretati sunt: Qui de terra

Iob. 3. d loquuntur, qui de uentre clamitant. Omnis enim qui de ter-
 Phil. 3. d ra est, de terra loquitur. Et: Cuius deus uenter est, & gloria in
 confusione eius: de uentre clamare credendus est. Vos re-
 spondete eis & dicite: Nunquid non populus a deo suo re-
 quirat pro uiuis a mortuis? Si uos inquit p uarietate ido-
 lorum ueſtrorū: non enim unum, sed plures habetis deos:
 eos cōſulitis quos deos arbitramini: & a mortuis siue mor-
 tuorum hominum simulachris, de uiuentibus quareitis:
 quanto magis nos deū nostrū per prophetas audire de-
 bemus: Docet ergo discipulos: & infert ad legem magis &
 ad testimonium. Si de aliquo (inquit) dubitatis, scitote scri-
 ptum: Gentes quas dominus deus tuus disperdet a facie
 tua, somnia audiunt & diuinos: tibi autem non ita tradidit

Deu. 18. c dominus deus tuus: Prophetā uobis suscitabit dominus
 deus uester de fratribus ueſtris, sicut me illū audietis. Vñ
 de si uultis nosse quae dubia sunt, magis uos legi & testimo-

nijs tradite scripturarum. Quod si noluerit uestra congregatio
 uerbum domini quærere, non habebit lucem ueritatis: sed
 uersabit in erroris tenebris: quae lux pertransibit eam, hoc
 est, congregationē ueſtram siue terram: & corruetis & esu-
 rietis: & cum esurieritis, irascimini: scdm illud quod scriptum

est: Et cū nō fuerint sa-
 turati, murmurabūt:
 & maledicetis deo ue-
 ſtro & regi ueſtro: & in
 necessitatibus sursum
 aspicietis in cōelum, &
 in terram deorsum: &
 ecce tribulatio & tene-
 bra: dissolutio genuū,
 & mentis angustia, &
 caligo oculorū: & non
 poteritis erui de angu-
 stia. Haec iuxta hebrae-
 os: Ceterum ut supra
 diximus: si persona
 christi est dicetis: Ecce
 ego & pueri mei quos
 mihi dedit deus: Etia
 haec ipse loquitur ad
 apostolos & ad credē-

tes ex gentibus, qui eius euangelium susceperunt. Si dixe-
 rint (inquit) patres ueſtri quos reliquistis: quare uentri-
 loquos, quos phythonas intelligimus. Qualem & in acti-
 bus Apostolorum ancillam legimus: quae questui erat do-
 minis suis: Et qui de terra loquuntur, quod in euocatione
 animarum magi se facere pollicentur: & cetera malefica-
 rum artium genera. Hoc scire debetis quod unaquaque gens
 proprios cōſulat deos: & de uiuorum salute mortuos ſci-
 ſcitetur. Vobis autem in auxilium legem dedit deus, ut pos-
 sitis dicere: Non est talis ethnicorum diuinitas, qui cultor-
 es suos saepe decipiunt, sicut nostra: quae absque ullo mune-
 re profertur ex lege. Vnde interpretati sunt Lxx. non sicut
 uerbum hoc, pro quo non est dare munera. Gratis enim in-
 quit accepistis, gratis date. Veniet autem super incredulos
 fames durissima: non fames panis, aut sitis aquae: sed fa-
 mes audiendi sermonem dei. Et cum esurieritis, contrista-
 bimini: & maledicetis principi ueſtro & paternis traditio-
 nibus, hoc est, diabolo & antiquis erroribus. Hoc enim ad
 eos loquitur qui famem passi fuerint ueritatis: Et suspiciet
 in cōelum sursum, & in terram deorsum: & erunt in indi-
 gentia & in angustia, & in tenebris, & in tribulatione: ut nō
 uideant usque ad tempus, donec & ipsi ad dominum conuer-
 tantur. Latam explanationem loca ista desiderant: sed par-
 cimus librorum magnitudini, ut tollamus fastidium lectio-
 nis. Haec iuxta Lxx. translationem ex parte perſtrinimus:
 quae in plerisque diſſonat ab hebraeo. Ceterum naſareni lo-
 cum istum ita edisserunt: Cum dixerint ad uos scribae &
 pharisei: ut eos audiat qui omnia uentris causa faciunt:
 & in morē magorū ſtridunt in incantationibus suis: ut uos
 decipiant, hoc eis respondere debetis: Non mirum si uos
 ueſtras traditiones sequamini: cū unaquaque gens sua con-
 ſulat idola. Ergo & nos a uobis mortuis de uiuentibus con-
 ſulere non debemus, magis nobis deus legem dedit: & te-
 ſtimonia scripturarum: quae si ſequi nolueritis, non habe-
 bitis lucem: sed semper caligo uos opprimet: quae transibit
 per terram ueſtram atque doctrinam: ut cum decepti a uo-
 bis se in errore perſpexerint & ſuſtinere famē ueritatis: tunc
 contristentur, siue irascantur, & maledicant uobis: quos
 quasi deos suos & reges putabant. Et frustra ad cōelum ter-
 ramque respiciant, cum semper in tenebris ſint: & nō possint
 de ueſtris auolare inſidijs.

Ca. IX
 Primo tempore

A **P**rimo tēpore alleuiata est terra sabulon &c. Dup-
plicem posuimus additionem: quia uulgatum
est testimonium, & usurpatum ab euangelista
Matthæo: ut uel diuersitas interpretationis, uel
similitudo noscatur. Ac primum notandum, q̄ testimoniū

hoc euangelista Mat-
thæus non iuxta Lxx.
sed iuxta hebræos po-
suerit. Dicit enim ser-
mo euangelicus: Au-
diens autem iesus q̄
ioannes esset traditus,
secessit in galilæam: &
derelinquens naſareth,
uenit & habitauit in
capharnaum: quæ est
iuxta mare in finibus
sabulon & neptalim:
ut impleret q̄ dictū
est per Esaiam prophe-
tam dicentem: Terra
sabulon & terra nep-
talim, uia maris trans
iordanē galilææ gen-
tium: populus qui se-
debat in tenebris, ui-
dit lucem magnam:

B sedentibus in regione
umbræ mortis, lux or-
ta est eis. Ex eo tempo-
re cepit iesus prædi-
care & dicere: Appro-
pinquabit regnū coe-
lorū. Et ioannes euan-
gelista refert: q̄ iesus
cum discipulis suis in
chana galilææ inuita-
tus ad nuptias, primū
ibi signū fecerit aquas
in uinū conuertendo:
Hoc fecit principium
signorum iesus in cha-
na galilææ: & manife-
stauit gloriā suam: &
crediderunt in eum di-
scipuli eius. Vnde &
in Lxx. dicit: Hoc pri-

mum bibe, uelociter fac: quia terra sabulon & terra nepta-
lim prima christi uidere miracula: ut prima biberet fidei
portionem, quæ prima uiderat dominum signa facientem.
Et iuxta hebraicū: primo tempore releuata esse dicit onere
peccatorum: quia in regionibus duarum tribuum, primū
saluator euangelium prædicauit. Vnde & in sexagesimo sep-
timo psalmo dicitur: Benedicite dominū de fontibus israel.

Act. 9. a Ibi beniamin adolescentior, Paulus apostolus, in mentis ex-
2. Co. 5. c cessu. Qui & alibi loquebatur: Si uel mente excedim⁹ deo:
Principes sabulon, principes Neptalim duces eorū: quia
in his tribubus fuerunt uiculi: de quibus duces nostri apo-
stoli crediderunt. Et crediderunt iuxta Symmachum uelo-

Matth. 4. c citer: ut audiētes: Venite & faciam uos piscatores hominū:
statim & patrem relinquerēt & nauiculam. Nouissimo au-
tem tempore aggrauata est fides eorum, plurimis iudæorū
in erroribus permanentibus. Mare autem hic lacum appel-
lat genesaret, qui iordane influente efficitur: in cuius litto-
re capharnaum, & tiberias, & bethsaida, & choroſaim sitæ
sunt: In qua uel maxime regione dominus cōmoratus est:
ita ut populus qui uel sedebat uel ambulabat in tenebris,
lucem uideret: nequa q̄ paruam, ut aliorum prophetarū:

Ioſ. 8. b sed magnam: ut eius qui euangelio loquitur: Ego sum lux
mūdi. Et qui habitabant in regione umbræ mortis, lux or-
ta est eis. Inter mortem & umbram mortis hoc esse puto: q̄
mors eorum est, qui cum operibus mortis ad inferos per-

rexerunt: Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Vm/ **Ezech. 18. a**
bra autē mortis eorū est, qui cum peccent, necdum de uita **C**
ista egressi sunt: Possunt em̄ si uoluerint agere poenitentia.
Pro galilæa gentium: Aquila diuag gentium: Symmachus
terminos gētiū interpretati sunt: diuag autem tumulos intel-

Hoc pri/ Ca. IX
mum bibe, uelo/
citer fac, regio sa/
bulon, terra neptalim: & re-
liqui qui iuxta mare estis
trās iordanē galilææ gen-
tium. Populus qui ambu-
labat in tenebris, uidit lu-
cem magnā: qui habitatis
in regione & umbra mor-
tis, lux orietur uobis. Pluri-
mam partem populi de-
duxisti in læticia tua: & læ-
tabuntur in cōspectu tuo:
sicut lætari solent in messe,
& sicut hi qui diuidūt spo-
lia: quia ablatū est iugum
quod supra ipsos erat po-
situm: & uirga de collo eo-
rum. Virga enim exacto-
rum dissipata est, sicut in
die madian. Quia omnē
stolam congregatam do-
lo, & uestimentum com-
mutationis restituēt: & cu-
pient igne esse cōbusti.

Quia paruulus

traditionum iudaicarū iugum excussit de ceruicibus suis.
Postea autē per euangelium apostoli Pauli, qui nouissimus
apostolorum omnium fuit, ingrauiata est, id est multiplica-
ta prædicatio: & in terminos gentium & uiam uniuersi ma-
ris, Christi euangelium splenduit. Deniq̄ omnis orbis qui
ante ambulabat uel sedebat in tenebris, & idololatriæ ac
mortis uinculis tenebatur: clarum euangelij lumē aspexit.

b Multiplicasti gentem, non magnificasti læticiam &c. In
obscuris locis utranq̄ additionem ponimus: ut quantum a
cæteris additionibus, & ab hebraica ueritate distet uulgata
translatio, diligens lector agnoscat. Ad lucem ipsam quæ
apparuit populo in tenebris constituto, id est ad dominum
saluatorem, fit Apostropha. Et dicitur ad eum: Multiplicasti
gentem, hoc est, replesti omnes gentes noticia tui: sed non
magnificasti læticiam. Iuxta quod Apostolus mœrorē sibi
dicit esse perpetuum pro fratribus suis qui sunt israelitæ. Et
Jonas contristatur q̄ ita saluati sint ninuiitæ, ut cucurbita
sue kikaion aruerit. Et ipse dñs loquit in euāgelio: Nō ueni
nisi ad oues perditas domus israel. Et in passione: Pater, si
fieri inquit potest, transeat calix iste a me. Qui locus hunc
sensum habet: Si potest fieri ut sine interitu iudæorum cre-
dat gentium multitudo, passionem recuso. Sin autem illi
excacandi sunt, ut omnes gentes uideant, fiat pater uolun-
tas tua. Cum ergo christus aduenerit: & christianorū gens
de uniuersis gentibus fuerit congregata: tunc lætabuntur

C 3 apostoli

ligimus arenarū: qui
uel in littoribus, uel in
ripis sunt. Hebræi cre-
dentes in christū, hūc
locū ita edisserunt: Pri-
mo tēpore hæ duæ tri-
bus sabulon & nepta-
lim ab assyrijs captæ
sunt, & ductæ in hosti-
lem terram: & galilæa
deserta est, quā nunc
propheta dicit alleuia-
tam esse: eo q̄ peccata
populi sustineret. Post
ea autē nō solum duæ
tribus, sed & reliquæ
quæ habitabāt trans
iordanē & in samaria,
ductæ sunt in captiui-
tatē. Et hoc (inquiunt)
scriptura nunc dicit:
q̄ regio cui⁹ populus
primus ductus est in
captiuitatem, & baby-
lonijs seruire cœpit: &
quæ prius in tenebris
uersabat erroris, ipsa
primum lucem prædi-
cantis uiderit christi:
& ex ea in uniuersas
gentes sit euangelium
seminatum. Naſaret
quorū opinionem su-
pra posui, hunc locū
ita explanare conanē:
Adueniēte Christo &
prædicatione illius co-
ruscante: prima terra
sabulon & terra nepta-
lim, scribarum & pha-
risæorum est errorib⁹
liberata: & grauissimū

Ezech. 18. a

C

D

Rom. 10. b

Ione. 4. b

Matth. 15. c

Ibi. 27. d

Commen. hieronymi liber tertius

E apostoli sicut messorum lætantur in messe: de quibus dominus loquebatur: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Et sicut exultant victores qui captam diuidunt prædam. Cum enim fortis captus fuerit & ligatus, omnis domus eius diripitur, & diuidunt spolia. Tu autem domine atque saluator iugum oneris eius, hoc

est diaboli: qui prius
exultabat in mundo:
qui cunctis gētib⁹ im-
perabat: qui grauissi-
mo seruitutis iugo col-
la omnium deprime-
bat: & uirgā qua per-
cutiebat uniuersos, &
pētā sibi quasi quod-

Iudic. 7 dam tributū reddere
compellebat: detraxi/
sti de humeris eorum:
& tibi liberatos serui/
re fecisti absq; ullo ex/
ercitu, & absq; effusio/
ne sanguinis in absco/
dita manu: sicut quon/
dam sub Gedeone po/
pulo israeli de madia/
nitis uictoriam præ/
buiisti. Quō em̄ uestis
quæ humano sangui/
ne cruentata est lauiri
non potest: sed infecta
sanguine igne combu/
ritur. ut maculæ cum

F

uestimēto foedi cruoris intereant: Sic diaboli uiolenta prae-
datio & tumultus ac turbæ, quib⁹ humanū sibi subiecerat
genus, gehennæ ignib⁹ deputata sunt. Lxx. non omnes, sed
partem quandā populi credidisse significant: licet ꝑ eo qđ
illi dixerunt κατήγαγε τὸ ὑπόποδον, id est, deduxisti in
læticia: alij interpretati sint, magnificasti. Et cum in reli-
quis eundem sensum teneant: stolam cōgregatam dolo, &
uestimentum cōmutatum, eum adiungunt redditurū, id est
diabolum: qđ scilicet omnes animas quas dei auxilio nu-
dauerat, cum ornamentis pristinis redditurus sit: non solum
ipse, sed & satellites eius dæmones: quibus si opto detur,
magis eligant perire flammis, q̃ prædā perdere.

¶ **P**aruulus enim natus est nobis zc. Ideo diabolus & omnis eius uiolenta prædatio qua humanum suppreſſerat genus: & sanguinem sanguini miſcuerat, erit in combuſtio nem & cibos ignis æterni : quia natus est nobis de uirgine puer: de quo ſupra dictum eſt: Anteꝯ ſciat puer reprobare

§. 7. c malum & eligere bonum. Et postea in generatione propheti-
tissæ: Anteq̃ sciat puer uocare patrem suum & matrē suam.

§.8. a **Emmanuel** iste igitur puer qui natus est de uirgine, appellatur emma/
nuel: id est, nobiscum deus: & de prophetissa, hoc est, de san-
cto generatus spiritu, nuncupatus est accelera, spolia detra-
he, festina prædari: nunc multis nomibus appellatur. Et licet
ex eo quod supra dixerat, Emmanuel, id est, nobiscū deus:
deum illum esse monstrauerit: tamē nunc dicit factum illius
principatum super humerum eius: uel quod crucem suam ipse
portauerit: uel per humerum ostendens brachij fortitudi-
nem: eodem Esaja dicente: Reuelauit dñs deus brachium

Esa. 52. c sanctum suū omnibus gentibus. Et rursum: Domine quis
Esa. 53. a credidit auditui nostro: & brachium domini cui revelatū

est: Vocabitur ergo post duo nomina, sex alijs nominibus: Admirabilis, Cōsiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Non enim ut pleriq; putant bina iungenda sunt nomina: ut legamus, Admirabilis consiliarius: & rursum, Deus fortis: sed admirabilis legēdum est separatim: quod hebraice dicitur אֱלֹהִים: & Consiliarius seorsum, qui lingua eorum appellatur יְהוֹשֻׁעַ: & deus separatim, qui he-

Esa. 45. c braice dicitur . Deniq; in consequentibus ubi legimus: Ibidem Tu es enim deus & nesciebamus. Et iterum: Ego sum deus.

& non est alius præter me: & multa his similia. Pro eo quod in latino dicitur deus, in hebraico  scriptum est. Quodque sequitur: Fortis, hebraice  appellatur. Vnde & in eo loco ubi idem propheta commemorat: Erunt confidentes super deo sancto israel in ueritate: & quod residuum est iacob super

SEP. Quia paruulus na-
tus est nobis : filius datus
est nobis : cuius principa-
tus factus est super hume-
rum eius : & uocabitur no-
men ei⁹ magni cōsilij nun-
cius. Adducam enim pacē
super principes , & sanita-
tem ei⁹ : magnus principa-
tus illius : & pacis non erit
terminus, super thronum
Dauid & regnum eius : ut
corrigat illud & auxiliē in
iudicio & iusticia : ex hoc
nunc & usq; in sæculū. Ze-
lus dñi sabaoth faciet hæc.

fum habere uidetur: Magni confilij angelus eft: qui nunciauit nobis abijciendum pro tempore ifrael, & gentes effe faluandas: deditq; pacem principibus fuis, apoftolis & apoftolicis uiris: & fanitatem dogmatum fuorum credentibus dereliquit. Quod autem fequitur: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: Pro quo Lxx. tranfulerunt: *μεγάλη ἡ ἀρχὴ*, id eft, magnus principatus eius. Scire debemus q; uerbum hebraicum *מֶשֶׁכֶׁךְ*: & hic & fupra Lxx. *אַרְכָּהּ*, id eft, principatum interpretati funt: Pro quo nos fupra principatū, hic imperium uertimus. Aquila autē uerbi ambiguitate deceptus, *μέτρον*, id eft, menfuram interpretatus eft: quā & hebraice & latine eodem appellatur nomine *מִשׁוֹרָה*. Nec dubitare poterit de multiplici faluatoris imperio & pace eius, quā non habeat finem: qui in pfalmis legitur: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam: & poffeffionē tuā terminos terræ. Et rursum: Et multitudo pacis donec auferatur luna: id eft ufq; ad cōfumptionē ſæculi. Principatus autem illius & imperium erit fuper folium & regnum Dauid: quod poft captiuitatem babylonicā fuerat diffipatum: ut confirmet illud & roboret, & doceat effe perpetuum, ne caffa dei promiffio uideretur, ab incarnationis tempore ufq; in ſempiternum. Propterea autem zelus, id eft, æmulatio domini exercitū fecit hoc: quia ipfi eum ad æmulationem prouocauerunt, in his qui non erant dij: & ille eos prouocauit ad æmulandum in gentem, quā non erat gens. Cœpta emmanuelis & naſcentis pueri de uirgine prophetia: ex eo loco ubi dicitur ad Achaꝝ: Pete tibi ſignū a domino deo tuo: uerſiculo iſto finita eft, quo inferē: Zelus dñi exercitū faciet hoc. Nunc ad reliqua tranſeamus.

Commentarij tertij in Esaiam finis.